

**Diss. chemico-medico-pharmaceutica, de tincturis, essentiis & elixiriis /
[Nils Gissler].**

Contributors

Gissler, Nils, 1715-1771.
Rosén, N.
Uppsala universitet.

Publication/Creation

Upsala : [publisher not identified], 1744.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/rkw6h4h3>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

P. R.

DISSE^TRAT^IO CHEMICO-MEDICO-
PHARMACEUTICA,

**TINCTURIS,
DE
ESSENTIIS & ELIXIRIIS,**

QUAM,

Suffragante & Consentiente Experientiss. Facult. Medica
In Reg. Acad. Upsaliensi,

Sub PRÆSIDIO,
EXPERIENTISSIMI VIRI,

DN. DOCT. NICOLAI ROSEN,

S:æ R:æ M:tis Med. Ordin. & Medic. atque Anat.
PROFESS. Publ. & Ord.
Pro GRABH DOCTORIS.

Pro GRADU DOCTORIS

rite obtinendo,

Ad publicum examen defert

STIPENDIARIUS REGIUS,

DI AUS - GISC

NICOLAUS GISSLER, *MEDELPADUS.*

In Audit. Carol. Maj. ad diem 30. Maji,
ANN. MDCCXLIV.

Horis ante & post meridiem solitis.

תְּמִימָנֶה תְּמִימָנֶה תְּמִימָנֶה תְּמִימָנֶה תְּמִימָנֶה תְּמִימָנֶה תְּמִימָנֶה תְּמִימָנֶה

UPSALIÆ impressa.



a. w.

§. I.

Um finis primarius scientiæ Medicæ sit, tuta, cito & jucunda curatio, in hanc tota mente omnique animi impetu incumbe-re debet Medicus.

§. II.

Hinc eligenda remedia efficacia, tuta & scopo con-sequendo maxime appropriata, tam ratione *Materiæ* quam *Formæ*.

§. III.

Has easdem leges §. §. I. II. nos quoque servare debemus, dum illam Pharmacopœiæ partem pro modulo ingenii pertractare suscipimus, quæ agit de *Tincturis*, *Essentiis* & *Elixiriis*. Id enim maxime ad officium no-strum pertinere arbitramur, ut, curis medicorum plero-rumque a pharmaceuticis laboribus aversis, hoc in maxi-mis rebus & maxime necessariis habeamus, quo, re-jectis superfluis, ineptis, male paratis & inutilibus phar-macis, nulla alia in officinis prostent, quam quæ nec-es-saria sint, apte justoque modo parata, efficacia, quæ-que commode possint propinari. Inter hæc vero haud insimum locum occupant *Tincturæ*, *Essentiae* ac *Elixiria*, quippe

quippe quæ non tantum a magnis viris laudantur, sed ipsis etiam *egrotis* grato compendio arrident. Accedit, quod diutissime possint servari, facile mitti, per itinera circumferri, & ad usus quotidianos in pera gestari. Quibus, si id addimus, quod primum forte dici debuisset, scilicet hujuscemodi formulæ omnibus fere satisfieri posse indicationibus, nescio an multa supersint remediorum genera, quæ hæc gloria possint æquare.

§. IV.

Dictæ autem formulæ (§ III) sunt species infusi. *Infusum* enim est medicamentum internum fluidum, ex menstruo liquore, materiæ idoneæ parte aliqua vel toto, ope macerationis, plerumque citra ebullitionem imbuto constans; conf. Celeber. Gaub. Meth. concinand. form. Medic. p. 118. Hinc materies harum est: *Menstruum* seu *solvens*: *solvendum*: denique *Accessorium*. De quibus aliqua, ad nostrum Thema spectantia sunt adducenda.

§. V.

Menstruum est corpus, quod lege artis applicatum alteri, illud dividit in minutæ quiderū partes ita, ut particulæ solventis inter partes divisas soluti, sint penitus intermixtæ: celeber. Boerhav. chem. Tom. I. p. 558. Edit. Lips. Hinc natura Menstrui erit, ut illud ipsum æque solvatur, dum solvit solvendum, ac ipsum solutum in partes suas dividitur ab ipso solvendo.

§. VI.

Menstrua Chemici dicunt esse vel *solida*, vel *fluida*, vel ex his *mixta*. Cum vero nostro scopo inseruant menstrua fluida (§ IV), de his nostrum præcipue est agere.

§. VII.

Menstrua fluida sunt vel *Aquosa*: ut *Aqua simplex*, *stillatitia* &c. vel *vina*: ut *vina*: *Rhenanum*, *Gallicum*,

Hispanicum &c. vel *spirituosa*: ut spiritus vini vulgaris, aut arte purior, frumenti, Juniperi, aliique ardentes fermentati: conf. Celeber. Gaub. l. c.

§. VIII.

Materiem solvendam (§ IV) præbet, quidquid attributa boni remedii (§ II) continet, & per macerationem frigidam, calidamve, sine vel cum ebullitione, in Menstruorum aliquo (§ præc.) solvitur: cuiusmodi plurima offert Regnum Vegetabile, pauciora Minerale, Animalia paucissima.

§. IX.

Accessoria sunt I:o quorum adminiculo solutio promovetur, vel menstruum acuendo, vel solvendum apriendo, vel huic illud adcommodando. II:do Sunt et, quæ infusione jam peracta, admiscentur in augmentum virtutis medicatæ, vel correctionem noxiæ, injucundæve qualitatis: celeber. Gaub. loc. cit.

§. X.

Cum particulæ solventis inter particulas divisas soluti sint penitus intermixtæ (§. V); manifestum est, partes menstrui se applicare partibus corporis solvendi, hancque associationem in primis absolvi eo exquisite tempore, quo solutio peragitur. Igitur causa certa hic requiritur quare particulæ dissolventis a se mutuo recedant, & potius petant illas materiæ dissolvendæ particulas, quam ut in antiqua statione maneant.

§. XI.

Causa hæc actionis Menstruorum (§ præc.) quæcumque demum illa fuerit, æquo tamen jure querenda in soluto, ac in solvente; communis ergo utriusque, reciproca in utrisque est.

§. XII.

Causas hasce (§ præc.) querenti, videndum quid ignis faciat Menstruis, quid motus Mechanicus, tritus,

COR-

concuſſio &c. efficiant, quid agant menſtrua ipſa, quoſ & quibus modis agant in ſolvenda & vice verſa, quid ex utriſque fiat.

ſ. XIII.

Ignis motu mere Mechanico corpuscula minima menſtrui impellit, movet, agitatque; moles quorumcunque corporum dilatat, in minima dividit, & ita ipſe multa ſolvens corpora, aliorum actiones ſuæ faulati immiſcet, unita opera agit. Hinc calor ſolutionem menſtruis propriam auget; eo igitur requiritur ut conditio neceſſaria.

ſ. XIV.

Cum vis diſſolvens menſtrui pendeat ab applicatio- ne particularum minimarum ejusdem quam arctiſſime ad corpuscula ſoluti (ſ. X), clarum eſt, attritum Mechanicum validum, diuturnum, concurſionem crebram, multum heic præſtare. Inde enim attenuantur & dividuntur corpora in ſuas minutis partes, ut minima melius agere queant in ſe mutuo; tandemque permifſioni inimicæ quam optime favent.

ſ. XV.

Vidimus jam ignem ſuo motu ſucceſſrere ſolutionibus corporum in ſuis menſtruis (ſ. XIII.) uſque ad ſua minima, attritum & concurſionem idem efficere (ſ. XIV); unde ambo unita opera præſtare debent, quod poſſunt. Hinc ex hiſce motibus ſæpe exoritur occaſio, qua latens cauſa (ſ. XI), quæ quidem tecta prius adfuerat, jam evadat maniſta, atque aperte nunc prodat ſuas vires, quibus in ſe invicem agant; quæ aliæ eſſe non poſſunt, quam vires ſingulis corporibus, eorumque conſtituentibus partibus inſitæ ſingulares, & in physico horum & chemico examine animadverſæ. Non poſſumus hanc cauſam communibus motus gignendi originibus tribuere, fruſtra enim in propulſione, gravi- tate,

tate, elasticitate, vi magnetica, aliave, si quæ sit, generali causa, ortum novi hujus motus & actionis quærimus: singularis ergo est inter solvens & solvendum vis, non communis omnibus corporibus.

§. XVI.

Dum menstruum solvens suum solvendum dividet solo motu Mechanico dicto Mathematicis, debet solvens antea quiescens, ab alia causa generante motum in eo agitari; quod idem ignis (§ XIII) tritus & concussio (§ XIV) præstare possunt; Particulæ deinde menstrui ab hac causa motæ, impingere debent sua vi in superficies particularum corporis solvendi, & per illam has abradere, decutere de suo solido, ubi vero privantur hoc motu ab igne dato, nihil ultra agunt; sive hæc actio superficiei externæ solvendi imprimatur, sive interne intra poros illius insinuata corpuscula ita egerint. Hunc unicum agendi modum Mechanicum Menstruorum aliquid præstare posse fatetur Celeber. Boerh. chem. T. I. p. 571. Corpora enim fluida moles immergas undique ambiunt, premunt, penetrant, sed deinde vix mutant per suam mollem, duritiem, figuram, pondus.

§. XVII.

Mechanica vis (§ præced.) semper fere concurrit & adjuvat corporum solutiones in suis menstruis. Cum vero contingat ut corpora cum particulis menstrui cohæreant, atque maneant æquabiliter permista, quamvis ambo hæc notabiliter ponderibus suis inter se differant, præter illam vim oportet censere solutionem factam suis se actione alia, quæ scilicet nata fuit ex illa privata, singularique proprietate (§ XV) quæ obtinet in solvente tantum ratione sui solvendi & vice versa. Per hanc scilicet potestatem elementa unius trahebant alterius elementa, sicque divellebant a suo priori concreto. Hinc post divulsionem hanc, minima hæc se invicem associant,

fin-

finguntque mille novas corporum species ; pertinetque hic modus solvendi ad illam menstruorum classem , quæ *Mutua Attractione* partium solventium & solvendarum perficiunt suam præcipuam operationem: quorum quidem numerus est locupletissimus. Conf. Celeb. Boerh. chem. de Menstr.

§. XVIII.

Cum vero fiat, ut menstrua dentur, quæ solvendo corpori, vi *Repellente* miram dissolutionem conciliant; vi ejusdem ratiocinii (§. præc.) satendum est, adesse repulsum quendam, qui idem efficiat. Pari modo dicendum si quædam alia causa ex dictis, vel nova aliqua simul adsit, tum ex binis vel pluribus simul solutionem factam esse, judicandum est.

§. XIX.

Ex his omnibus dictis à § XII. ad XIX. sequitur, in corporum solutionibus a suis menstruis, concurrere omnes dictas causas vel simul vel quasdam plus, minus; Causas singulares convenienter suis viribus agere; omnesque notas adesse si adsit ignis, tritus vel concussio, vis repellens, vis attrahens, actio Mechanica; omnesque etiam effectus simul tum sequi debere, nempe attenuationem, concretionem, vel æquabilem permissionem, immutationem, separationem.

§. XX.

Illa solventia quæ virtute prorsus singulari actionem suam absolvunt (§. XV), adeoque non operantur per eas facultates, quas in omni corpore æqualiter naturæ autor distribuit, sunt adeo multa, ut paucissima horum sint, quin eo pertineant. Cum vero nostrum sit potissimum agere, de Menstruis fluidis dictis (§. VII.) De aqua & aquosis primum dicendum.

§. XXI.

Aqua Menstrui potestate dissolvit 1:o sales omnes cognitos gemmæ, fontium, maris, omne nitrum atque ammoniacum. 2:o omnes sales notos alcalinos, puros, volatiles. 3:o universos quoque sales alcalinos fixos. 4:o genera quæunque acidorum naturaliter vegetantium classi innascentium, acida vegetantium & aceta per fermentationem producta. 5:o Sales compositos, ex acidis & alcalicis combinatis. 6:o Boracinos sales. 7:o Sales nativos plantarum, essentiales dictos. 8:o Sales vegetantium ex vinis & succis plantarum plane fermentatis oriundos. 9:o Sapones nativos vegetantium, in quibus aqua, oleum, sal, spiritus plantæ, quam accuratissime sunt immista, & concreta; ut & quosdam alios succos ex his præcedentibus diversos: ut cassiæ pulpam &c. Item gummata, & mucilagines; spiritus rectores vinculo non tenacissimo illigatos; vel oleo & sale mixtos succos. 10. Succos vegetantium liquidiores, 11:o Firmas animalium partes & succos quoscunque cognitos, sola pingvedine excepta. 12:o Omnes sapones artificiose factos. Hæc omnia præstat aqua eo fere felicius, quo purior est, minusque permista, aut saturata prius heterogeneis, saltem de ejus effectu melius judicari potest. Confer celeb. Boerh. chem. Tom. I. p. 606 & seqq.

§. XXII.

Aqua non solvit olea pura, pingvia, Balsama, resinas, sulphura; nisi juvetur sale quodam, saccharo, bile, melle, vitello ovi, saponaceis quibuscunque, accessu spiritus fermentati. Nec Lapidès, metalla, semimetalla solvit. Terras acidis solutas solvit, non vero si alcalicis sint unitæ.

§. XXIII.

Aquosa menstrua non indigent nova explicatione, cum ceteroquin eadem fere jam repetenda forent, quæ de

de vi aquæ solvente (§§. præc.) explicuimus; meminisse interim juvat, aquas stillatitias, pro virtute plantarum singulari communicata, posse obtinere singularem vim solventem; E. g. Spiritus vini vix solvit Rheum, sed aqua cinamomi s. v. destillata solutionem juvat, & auget vim purgantem. Hinc pro re nata de aquarum destillatarum vi solvente judicandum est.

§. XXIV.

Inter Menstrua spirituosa primo ponimus loco Alcohol vini, quod ex solis vegetabilibus, per solam fermentationem unice, destillando tandem purum acquiritur; optimum de vino, hydromelle, cerevisia. Alcohol perfecte sincerum, quod omni fere ratione videtur esse oleum vegetabile subtilissimum. 1:o solvit aquam, solvit ab ea ut & aquosa omnia. 2:o Hinc & omnia vina cujuscunque generis. 3:o Omnia spirituosa, fermentata, acida, qualia sunt quævis acetorum genera. 4:o Spiritus Rectores aromaticos, olea similia, ut & reliqua olea pura, Balsama. 5:o Omnes veras resinas vegetabiles. 6:o gummi resinas pro magna parte. 7:o sales alcalinos, puros, volatiles. 8:o Sales alcalinos fixos fccissimos. 9:o Sapones plerosque, præsertim teneriores. 10. Sulphura in alcalicis soluta, atque aperta. Sed sales compositos non attingit, ut sal maris, nitrum; nec terram puram. Nec mercurium, metalla &c. conf. Celeb. Boerh. Chem. T. I p. 632. Salia vero subtiliora non adeo terrestria vel ignea & penetrantia reddita solvit, ut arcanum tartari, nitrum flammans, sal ammoniacum variaque eius genera, salia quædam cum calce viva tractata, sal volatile succini & eius generis alia. vid. Dn. Pott exercit. chem. p. m. 127 & Hoffmann. obs. Phys. chym. p. 120.

§. XXV.

Qvum Spiritus ardentes constent Alcohole, aqua, acido, varia proportione, pro majori vel minori puritate

inter se unitis, patet ex §§. XXI, XXIV, quid de menstrua horum vi statuendum.

§. XXVI.

His ipsis principiis (§. præc.) si addideris subtile oleum, fere ac alcohol, menstruæ virtutis, habes & ea, è quibus vina (§. VII) coaluerint; si forte & aliquod principium salinum in quibusdam acceſſerit; Ex his tamen spiritu alia gaudent copioſiore, alia parciore, acido alia liberiore, alia per oleum magis obvoluto. Unde & horum vis solvens intelligitur. vid. Celeb. Gaub. l. c. p. 120.

§. XXVII.

Quia Menſtruum Aquosum ſolum corruptioni eſt ci-
to obnoxium, inde minus aptum per ſe noſtris formulis
cenſetur; alia tamen virtute dives cum fructu adhibetur
(§. XXIII). Conservantia vero ſunt Menſtrua ſpirituosa
ac vinofa; Hinc experientiæ teſtimonio adeo com-
men-danda, tam ob vim optimam solventem, quam ob vim con-
ſervantem & arctiori nexo retinentem virtuōſum nuptum,
tum quoque quod ad penitiores vaſorum receffus pene-
trent.

§. XXVIII.

Cum Menſtrua Spirituosa & vinofa (§. VII) noſtris
formulis (§. III) potiſſimum, aquoſa parcus ſint adhiben-
da; conſtat quænam materies ex Triplici Regno (§. VIII)
huc quadret; Delectus tamen heic, ſi uſpiam, omne fert
punctum. Neque hunc quis apte fecerit, quem natura rei
extrahendæ, viſ ſolvens menſtruorum (§. XXI & ſeqv.)
& Accessorii (§. IX) respectu horum & illius efficacia, la-
tent. Quum vero de menſtruis jam dictum ſit, naucal de
materia rei extrahendæ & Accessoriis ſeu administranti-
bus ſunt addenda.

§. XXIX.

Ex vegetantibus ergo, ea potiſſimum conveniunt,
quæ oleo activo, non vero inerti aquoſo & vappido,
cum

cum suo inhærente spiritu rectore, aliquoque principio salino, in quibus hæret odor saporque vegetantis; Hinc quæ aquas & olea stillatitia medicata præbent. Tum succi saponacei, gummosi, resinosi, aut ex his compositi. Plantæ Ergo Aromaticæ, Balsamicæ, oleosæ, amaræ, resinosæ, Resinosæ-Gummosæ &c. atque diu admodum propriæ fragrantiaæ in primis tenaces, nostro inserviunt scopo.

§. XXX.

Regnum Animale vix multa, præter castoreum, nisi Moschum & Zibethum desideres, suppeditat. Minerale præprimis succinum, ambram Griseam, sulphura, cuprum, ferrum, Antimonium, & ex his præparata.

§. XXXI.

Cum vero Materies §. §. XXIX. & XXX exposita, haud promiscue menstruis quibusvis descriptis (§. XXI. & sequ.) accommodata sit; curandum ut illi, ex arte prius selectæ, quoad principia extrahenda cognitæ, maxime idoneum jungatur solvens. Sin minus conveniat unum, combinanda duo. Si nec hoc voto respondeat; Accessoriis §. IX. N. I. utendum: Cujusmodi habentur maxime salium varia genera, acida, alcalina, neutra, inter quæ terra foliata tartari principem locum obtinet, cum & in spirituosis ipsa solvatur apte; quin & licet rarius, spiritus, vegetantium aromaticorum virtute imprægnati. Accessoriis N. 2. saepe non opus. Si tamen requirantur, quod in Elixiriis fit, sint in eodem menstruo integre solubilia vel aliis juventur, sine tamen præcipitatione prius solutorum. Corrigentibus si uteris, cave ne abutaris. confer. celeb. Gaub. p. 119. 122.

§. XXXII.

Tincturæ, Essentiæ, & Elixiria sunt species infusi (§. IV.) & nomen formulæ varium est, prout menstruum (§. VII.), Materies soluta (§. §. XXIX. & XXX.), Accessoria (§. præc.), compositionis diversitas, selectus, usus;

vel prout liquor coloratus, pellucidus, tenuior, saturatior, spissior, magis compositus & opacus; vel pro eo ac alia accidentia diversa fuerint. Sic affines sunt inter se *Essentiæ* & *Tincturæ*, illæ à viribus concentratis, hæ à colore dictæ magis. Differunt igitur potissimum colore, qui eminentior est in *Tincturis*, minor in *Essentiis* respective, unde sæpenumero confunduntur.

§. XXXIII.

Essentiæ inter *Tinct.* & *Elixiria* medium tenent locum; Illæ simplices sunt vel compositæ; hoc semper compositum. *Tincturæ* habentur communiter tenuiores reliquis, & colorem, aureum, rubrum vel cæruleum, ut colores in universum jucundiores, plerumque possident; minus jucundi sunt luteus, viridis, niger, ex his mixtus, opacus. Cum vero colore nihil mutabilius, præsertim sicubi varia permiscentur; Nec ex coloribus miscendorum ulla datur coloris post miscelam nascituri, determinatio physica generalis; Et sint interim qui ex colore adfiantur; his igitur quantum fieri potest subveniatur; hoc ergo discendum à *Chemia*, quæ & exempla det & regulas, quibus heic opus.

§. XXXIV.

Essentiæ saturatores & magis concentratae sunt quam *Tincturæ*, quoniam ipsum virtuosum plantarum vel rei extrahendæ possidebunt. Adeoque *Essentiæ* sunt liquores Medicati concentrati è subjectis selectis & rite paratis, genuino menstruo spirituoso vel vino solutis vel extractis, virtutem mixti separatam exhibentes. *Essentiæ* concentratae, quæ omnem vim simplicis continent, dicuntur *Essent.* *Essentificatæ*. E.g. R. spirit. Anis. lbj. semin. anis. contus. unciam, digere p. 4 dies, adde olei still. anis. quantum in spirit. solvi potest, tandem addatur Extr. A-nis. Sesquidrach. digere per biduum. Sr. *Essent.* *anisi* *Essentifi-*

sentificata. Vid. Celeb. Neum. p. 240. Proxime accedunt elixiriis saturitate, sed ex uno tantum simplici constant.

§. XXXV.

Elixiria sunt *Essentiæ saturatiōres*, opacæ, spif-
fæ, semper compositæ. Ad normam essentiarum men-
struo appropriato extrahuntur & solvuntur, & eadem est
præparandi ratio quoad ingredientia, menstruum, ho-
rumque proportionem & adjuvantia, ac in ipsis obtinet
essentiis. Solus selectus, compositio, & usus potissimum
eadem distingvunt; nam usus horum magis polychre-
stus erit.

§. XXXVI.

Elixiria vel sola mixtione, vel extractione prima
secundave parantur. Cum sint *essentiæ compositæ* (§ præ-
ced.) ; facile patet simplices sibi junctas invicem *Elixiria*
constituere. Extractionem primam vocamus, quando ex
simplicibus selectis speciebus fit extractio. Secundam di-
cimus, quando ab extractis elixiria combinamus, solu-
tione extractorum jam paratorum. Singulis his obtine-
tur scopus idem, & tanquam succedanea sibi invicem
hæc substituuntur, ne deficiat præsidiorum facilitas.

§. XXXVII.

Ex dictis sequitur in horum medicamentorum præ-
paratione, ad sequentia debere attendi: I:o Sciendum
quodnam & quale subjectum scopo intento potissimum
inserviat. II:o Quodnam menstruum huic solvendo a-
ptum sit; E. g. Si vinum, fortis vel debilis spiritus vini,
si sal Tartari addi debeat. III:o si solutio vel extractio
in vase clauso fiet. IV:o quo calore. V:o si in loco fri-
gido. VI:o quantum tempus solutio quævis requirat &c.
Hinc sequentes regulas Eruditis examinandas & melius
determinandas, loco speciminis fistimus.

Regul.

Regul. I. Vegetabilia sint recenter siccata & modice, nisi recentia præscribantur. Incidi quoque debent & contundi priusquam affunditur menstruum.

Cum vegetabilia recentia sint propriæ partis aquosæ innatæ quam tenacissima, quod constat, dum aquæ calidæ infunduntur, hanc vix tingunt, vel aliquam virtutem eum aqua communicant, sine coctione aliqua protracta, vel succo proprio recenti addito ut menstruo; Modice vero exsiccata in eadem aqua alias solubilia longe facilius extrahuntur; Hinc recentia vegetabilia difficilius aquam puram ut novum aliquod menstruum admittunt. Idem ratione menstruorum spirituorum valet; Hinc vegetabilia potius sunt modice exsiccanda. Quod vero incidi & contundi debeant, patet ex § XIV.

Reg. II. Menstrui quantitas a) mensura vel pondere determinetur, ipsiusque qualitas b) accurate exprimatur.

a) Menstrui minor majorve quantitas capienda, scilicet pro eo ac specifice gravior fuerit, leniorve materies; virtus ejus magis minusve coacta, solutu facilior, aut difficilior, menstruum ipsum potentius aut debilius, & scopus requirat liquorem vi medicata magis minusve saturatum. conf. Celeb. Gaub. l. c. p. 124. Mensura vel pondere tamen quantitas menstrui determinanda; cum inter alia maxime necessarium sit, ut una sit semper & ubique dosis purgantium & anodynorum.

Nec materies vegetabilium: ut herbæ, folia, flores ad manipulos, vel pugillos, fructus ad numerum, heic sumenda, sed pondere determinanda. conf. Præfat. Catalog. & Valor. Medic. in Offic. pharm. Regn. Svec. proft. Edit. 1741.

b) Ita Rhei Tinct. fit c. vin. vel aqua stillat. cinam. f. v. Laccæ c. sp. vin. Rectificatiss. Aurantior. c. vin. Opii c. aqua. Spir. vini autem sit purus, optime dephlegmatitus, non vulgaris frumenti aut aliarum frugum naufeofus

fus, nec ab aliis speciebus abstractus, aut alienis virtutibus imprægnatus; Hinc in tanta varietate qualitas menstrui semper determinetur.

Reg. III. Fiant autem omnes extractiones justo ordine, ita ut ultimo addatur quod facillime omnium menstruum admittit, vel quod vim ejus infringit.

E. g. In Essentia Juniperi, si Baccæ, Rob & spiritus statim miscentur, tum rob inviscat spiritum ut nulla extractio Baccharum fiat; si vero baccæ primum in spiritu extrahuntur & postmodum harum Rob additur, finem optatum consequeris. Idem observandum in aliis: In Elix. salutis pharm. Edinb. Rasur. lign. sanct. primum cum spiritu vini per quatriduum digerenda, folia sennæ postea per biduum, tandem Rad. Liqv. & passul. Min.

Reg. IV. Quæ difficile menstruum admittunt spiritu-
sum, aperiantur prius oleo Tartari p. deliqu. vel sale
Tartari; si vero pretium non obstat, menstrui loco adhibeas-
tur spiritus naphtæ, aut arcanum Tartari, in spirit. vi-
ni solutum, dum nimirum solvi debent corpora resinosa
compactiora & certo scimus, illorum specificam vim hisce
menstruis non mutari aut destrui.

E. g. Tinct. Succini, in qua succinum primo cum
sale tartari optime teritur, & in sella reponitur, ut humi-
ditatem aliquam assumat, postea leniter exsiccatur massa
hæc, de novo teritur & sic secunda vel tertia vice o-
pus repetendum, unde postmodum a spiritu vini facile
solvitur vel potius extrahitur.

Sic Lacca & Myrrha cum oleo tartari per deliqui-
um prius rediguntur in pastam mollem, postea exsiccandam,
quod idem de novo bis vel ter repetitur, & post-
modum solutioni committitur.

Reg. V. Tincturis vero & essentiis purgantibus non
addatur sal Tartari, ne vis illarum destruatur.

E. g. in subjectis resinosis purgantibus: ut Jalappa, saffronneo &c. sal Alcali additum minuit horum vim, salia medica augent, celeb. Neum. p. 239. Hinc colligimus ad Tincturas multas salem alcalinum fixum non requiri, quia vires singulares perderet, aut mutaret.

Reg. VI. *Ad spirituosas essentias non alia adhibentur simplicia, quam quæ principio oleoso vel sulphureo abundant.*

Veterum chemistarum regula est, spiritus solvit in se sibi simile. Nam Alcohol absolute sincerum, de bene fccis vegetabilibus etiam compositis, educit fere sola inflammabilia, scilicet spiritus, Balsama, olea, resinæ, gummi resinæ, tum saponacea teneriora, relinquit salem purum fccum, & terram. Si ergo artifex novet in his partibus hærere virtutem singularem totam, vel præcipuam, quam ex iis quærerit, tum instituenda operatio cum Alcohole purissimo solo. Quando autem virtus quæsita hæret in oleoso, resino, salino & saponaceo simul, tum rectius adhibetur spiritus vini rectificatus: quia ille spiritus agit parte sua aquosa in salinum saponaceum, & spiritibus suis in Balsamicum, oleosum, resinosum, adeoque in tali tinctura vires adunatae habentur; conf. celeb. Boerh. chem. Tom. II. p. 205.

Cum vero jam spiritus purus, ut ex dictis patet, non educat nisi fere sola inflammabilia ex vegetabilibus etiam compositis; sequitur hinc quoque, ut spirituosis essentiis non alia adhiberi debeant simplicia, quam quæ principio oleoso vel sulphureo abundant.

Ex his ipsis principiis sequitur; Essentiam panis esse vanam. Item Elix. Antifebr. Br. quod tartarum vitriolatum continet. Item Elix. Uter. croll. quod recipit sal matris perlarum & extr. Artemis.

Reg. VII. *Nec ut menstruum adhibeatur, spiritus rosarium, quippe quem non omnes ferunt.*

Odorum haud minor fere, quam colorum (§ XXXIII) est mutabilitas: At major etiam & verior efficacia, nam constat omnem s^epe rerum virtutem ab odoribus horumque principiis pendere; his destructis illam simul perire; notum est, nec placere omnibus quæ nonnullis; Hypochondriaci, Hystericæ, Epileptici à Svaveolentibus s^epe pessime molestantur. Curandum hinc, ne quid in his vitii oriatur. Removenda Erg. Tinct. Corall. c. spir. Ros.

Reg. VIII. *Digestionis tempus accurate determinetur, idque ratione habita ad majorem minoremve tenacitatem subjecti & ad anni tempus.*

Tempus macerationis determinatur vel ex effectu, dum color, sapor, odor, docent vim expetitam in menstruum transiisse; vel s^epissime ad horas, dies, noctes; prout vel ex indole menstrui, accessorii & subjecti magis minusve prompta cognoscitur extractio, vel prout adjuvatur ab aliis accendentibus adminiculis, igne, anni tempore, crebra concussione; vel ut hæc saltem superficia-ria aut intimior exigitur, aut citius tardiusve peracta requiritur.

Reg. IX. *Menstruum semper adhibetur, quod vim subjecti recipere valet.*

Ut menstruum vim subjecti recipere valeat, requiri-tur, ut ratione materiæ infundendæ, laxissimam habeat proportionem, s^epissime quidem sextuplam, octuplam, duodecuplam, aliquando minorem vel longe majorem, prout ejus virtus in majori minorive volumine contineri, aut tota vel saltem ex parte, adhibito menstruo elici potest. E. g. Uncia salis marini solvit in vigecuplo aquæ, duæ vero non. Deinde materiæ ex arte prius selectæ, ma-xime idoneum jungatur solvens (§. XXXI.) E. gr. ad gum-moso-salinum sumitur aqua, ad resinofum spiritus vini: Ita Elix. propr. Helmont. nihil valet, estque nihil aliud quam aqua cinamom. Myrrhata.

Reg. X. *Nihil addatur simplicibus, quod efficit, ut menstruo penetrari non possint.*

Non solum proportionata quantitas & qualitas menstruorum, sed etiam ordo in affundendis iisdem, attendi debet. Scire quippe juvat, an primo loco affundenda acida, secundo spiritus vini, an vice versa, an simul & feme, potest id variare ratione menstruorum vel subjectorum. Sic ob acidum affusum super species in Elix. Vitr. Mynf. ante peractam extractionem, nihil fere spiritu postea extrahitur; nam vel debilior ad extrahendum redditur spiritus, vel subjectum exinde ita mutatur, ut solutioni minus auscultet. Hinc quaecunque menstrua sibi non sunt subordinata, vel aliquo modo contraria, illa nec jungi possunt commode, nec extractionem praestare.

§. XXXVIII.

Usus formularum dictarum maxime universalis est, omni fere morbo, aetati & scopo conveniens; modo ut materies, & menstruum, inter se atque indicationi congrua feligantur. Vires generales harum pendent vel a spiritu rectore, qui occultus in subjectis heic selectis hospitatur, & saepe miras proprias virtutes complectitur; tum quoque a Balfamo opimo pingui, quod in iisdem adest; denique & roborante plerumque refinoso, quod in iisdem latet; vel ex his mixta, vel alio quocunque modo composita facultate; tandem ab alcoholе dissolvente, vel alio quocunque menstruo spirituoso & vino. Hinc itaque in genere pronunciari potest de omnibus universalis haec potestas, calefaciens, excitans, nervos horumque liquidum agitans, exsiccans, putredini resistens, vires singulares adaugens, vasa constringens. conf. celeb. Boerh. chem. Tom. II. proc. 56. Singulares harum usus monstrabimus sub cujuslibet formulæ præparatione, ex quibus sequentes nobis maxime placent.

(१३) o (१४)

TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA.

Rc. Antimonii

Nitri ana uncias duas.

Terantur in pulverem, qui injiciatur paulatim in Salis Tartari, intenso igne fusi in crucibulo, uncias quatvor. Continuetur fusio per horæ dimidium, tum effundatur mixtura in mortarium ferreum, siccum & calefactum. Massæ pulveratæ, calidæ & matracio inditæ affunde

Spiritus vini rectificatiss. libr. duas.

Digere leni calore B. A. per triduum & cola Tincturam.

Obs. Tinctura antimonii est vel pure alcalina, vel alcalino sulphurea, uti nostra jam descripta. Quando enim antimonium, sulphure & metallico constans, mistum cum nitro & tartaro igni commititur, tum statim nitrum cum tartaro, & sulphure antimonii, ingenti impietu incenditur; tum autem alcali fixum fit ex nitro & tartaro; id autem alcali fixum, vi ignis agitatum, rapit in se avidissime, sibique unit quam arctissime sulphur, quod jam cum spiritu vini rectificatiss. Tincturam efficit, parte Metallica intacta fere relicta. Nostra Tinctura alcalino-sulphurea, eadem est fere quæ Tinctura sulphuris, vel cinerum clavellat. phlogisto carbonum nuptorum.

U S U S.

Solida leniter stimulat, circulationem promovet & saponis ad modum detergit ac aperit, urinam pellit, sudores ciet; hinc sanguinem purificat, ictericis, cacheticis, hydropicis, scabiosis &c. ex usu est. Timide non debet propinari, sed ad drachmam & amplius, bis, ter aut quater per diem, junctis tamen diluentibus, &, dum fieri potest, exercitatione musculosa. In hujus uncia resinæ guajaci drachmæ binæ possunt dissolvi & cum *Elephantio Purificante* Dn. Præsidis propinari, dum usus postulat.

26 TINCTURA RHEI SIMPLEX.

Rc. Rhei incis. & contus. Unciam.

Tartar. Tartaris. drach. sem.

cochinill. scrup. un.

aquæ cinnam. f. v. lbj.

digere per biduum æstivis caloribus, ceteroquin quatri-
dua opus habet loco tepido digestione, quod semel an-
notasse sufficiet.

Obs. Ex rhabarbari unciis binis, aquæ communis
ope, extracti gummoso salini uncia cum granis duodecim
elicitur. Spiritus vini vero ope vix drachmas tres obti-
nemus. Hoc interim extractum ob salis copiam aqua
communi dissolvitur facile. conf. Geoffroy de m. medic.
T. II. p. 127. Præstaret equidem, ni adeo intenderetur
premium, *Tinctura* hæc, cum *liquore Arcani tartari* a-
quofo parata, ejus quippe Polychrestus est usus, in i-
tero in primis, Gonorrhæa, fluore mulierum albo ac tu-
mido infantum abdomen.

U S U S.

Est lenissimum detergens, aperiens, diureticum & al-
vum ducens remedium sine aliqua roboris vel toni inte-
stinorum destructione, sed potius cum aliqua post alvum
motam roboratione. Hinc utilis in obstructionibus Mesen-
terii, hepatis, in passionibus hypochondriacis, colieis,
aliisque.

Ad guttas XXX *Tinctura* hæc est *Tonica*, ad duas
vel tres drachmas fit mite laxans, præter hæc quod *To-
nica* sit.

TINCTURA RHEI COMPOSITA.

Rc. Rhei opt. incis. & contus. uncias duas.

Rad. Galangæ sesquidrach.

serpent. virg. drach. un.

Tartari Tartarisati Drach. sem.

cochinill. Scrup. un.

Vini

Vini alb. Gallic. lb. unam.
digere leni calore per 4 duum & colla.

U S U S.

Viscidum solvit, alvum leniter ducit, obſtructions viscerum referat, vermes necat; Infantibus valde proficia medicina, dum duro abdomen & vermibus laborant; hypochondriacis etiam eſt ſolatio.

Dos. infant. Gt. 20, 30, 35 ad 40. in lacte, jufculo vel aqua aut ſyrupo appropriato. Adultis a drachma ad binas drachmas poteſt exhiberi.

TINCT. LACCÆ.

Rc. gum. Laccæ optim. trit. uncias duas. Irroratur oleo Tartar. per deliqu. q. f. ut fit mollior pulticula, in urinali vitro fundi globosi, leni calore ſenſim exſiccanda, quæ poſtea aëri aperto relinquitur in ſella, ut deliquescat, & iterum poſtea exſiccatur, quod idem de novo ter repetitur. Maſſæ bene exſiccatae & phialæ altæ immiſſæ affunde ſpirit. vin. Rectificatiſſ. Sesquilibram. Digere per quatriduum in B. A. & tandem leniſſime ebulliat per bihorium.

Postmodum quiete depurata & colata tinctura, ex cucurbita vitrea ad dimidijs, ab alcohole destillatione ſeparanda.

U S U S.

In ſcorbuto oris, laxitate ac purulenta affectione gingivarum, caſu dentium prodeſt. Solet c. melle roſ applicari ope penecilli. Interne absque nimia exæſtuatione inducta; in arthritide, Rheumatismo lentiore, ſcorbuto inertiore, leuophlegmatia, hydrope, albo fluore eſt uſus pulcherrimi, judice Celeb. Boerh. proceſſ. 56. Sumitur repurgato prius, & vacuo ventriculo, ter interdiu, ex vino hispanico vel canarino. ad gtt. XX. vel XXX.

TINCT. MYRRHÆ.

Rc. Myrrhæ tritæ Unciam c. semif.

aperiatur oleo tart. p. deliqu. q. f.

Affunde spirit. vin. rectificatiss. Ibj.

Dig. in B. A. p. 6. dies & cola. Not. Fiant heic omnia ut
in priori processu.

U S U S.

Interne est optimum langventibus omnibus inertia
simplici laborantibus solamen. Maxime amabili sexui,
contra illos morbos, qui ab aquosa, & mucosa, humo-
rum inertia, & partium firmarum debili nimis laxitate o-
riuntur; E. g. in cessatione mensium, & fluore albo. Su-
matur ex conf. Alk. incompleta vel vino canarino.

Dos. gt. XXX. ad XL. conf. Boerh. Proc. LVII.

Externus purificans & consolidans usus est potior,
sed tum sine alcali saepius paratur. E. g. ad ulceræ oris, na-
rium, gingivarum, aliarum partium, fœda, vi sua deter-
gente & antiseptica valet.

TINCT. SUCCINI.

Rc. Succini flavi pellucidi purissimi in pollinem re-
dacti. Uncias duas.

Olei Tartari per deliqu. q. f. ut fiat pasta
Cui leniter exsiccatæ & ter in aëre liquatæ ac denuo ex-
siccatæ affunde

Spirit. Vin. rectificatiss. Uncias XX.

diger. in B. A. p. octiduum & filtr. Tinct.

Dos. gtt. XXX.

Sumitur ex syrupo quodam E. g. de fl. Tunicae, non ex
aqua. Forte præstantior hæc erit, si per spiritum naphæ
præparatur. conf. Dn. Pott Exercit. chym. p. 108. *Al-*
bum minus olei, plus salis fovere dicunt.

U S U S.

In mobilitate generis nervosi & laxa syntaxi solidi-
cum. Hinc hypochondriacis, hysterics, langventibus,
frigi-

frigidis, aquosis, mucosis, catarrhosis, & hinc saepe convulsis prodest. In his maxime propinari debet post paroxysmum.

Dr. Burchard. eam laudat in colica habituali.

Externis usibus destinata parari debet sine Alcali.

TINCT. SAL. TART. HARV.

Rc. Sal. Tart. nigerrimi lb. sem.

Huic in mortario ferreo fervido, ne aquam aëris attrahatur, per pistillum fervidum cito contuso in pulverem & indito in phialam altam vitream affunde

Spirit. Vin. optim. lb. j.

Digerantur leni calore in B. A.

sæpius agitando, per 8 dies.

Filtretur tinctura, quæ nigra est.

Dos. 2 ad 3 Drachm.

USUS.

Externe est nobile remedium ad depuranda, detergenda, exficcanda, consolidanda humido purulenta, putrida, fariosa, virulenta, ulcera, cacoëthe, tam fistulosa, quam sinuosa & cuniculatim depascentia; tum & consumenda quæ luxuria ex crescunt nimia.

Interne, ubi acidum, austерum, aquosum, pituitosum, abundant. Hinc valet in obstructionibus viscerum, colluvie aquosa, chlorosi, ictero sine febre, arthritide frigida. Agit per diuresin, diaphoresin & quandoque per alvum. Exhiberi potest ex syrupo 5. radicum aper. & aqua scenicali, mane, ter, quaterve per diem. conf. Boerhav. chem. Tom. II. Proc. LXXIX.

Tinctura Ferri seu vinum chalybeatum.

R. limat. Mart. s. præp. Unc. Tres.

Cochinill. Drach. sem.

Vin. alb. Rhen. opt. lb. duas.

Digere in B. A. p. IV. dies & filt.

Dos. Uncia Sem.

USUS

USUS

Est summum Boerhavio cognitum remedium ad instaurandam vim haimatopoieticam corpori humano, quoties haec sola ex debilitate laxorum nimis solidorum, humorum nimis levi, aquosa, frigida, inertis indole exoritur. Nocet ubi vires vitae nimis: conf. Boerh. chem. T. II. p. 388. In hujus Uncia solvere solet Dn. Praeses Extr. cort. Peruviani Drach. unde emergit *Elixir Tonicum*.

In hujus vero Unc. Duab. si dissolvitur Extr. Hellebor. n. Drach. digestione bidua paratur *Elixirium*, quod *Tincturæ Mart. Helleborat.* respondet.

TINCT. CASTOREI.

Rc. Castorei opt. concif. sesquiunciam.

Spirit. vin. Rectificatiss. lb. unam.

digere leni calore per 6 dies & cola.

Dos. gt. XXX.

Obs. Sunt, qui sub hujus præparatione addunt sal Tartari & sal Ammoniacum, sed inutilis est labor, ad di enim potest, dum è re est, ex tempore spiritus salis ammoniaci vinosus.

Forte præstantior est haec Tinctura, si paratur cum spiritu naphtæ vel cum liquore arcani tartari spirituoso.

USSUS.

Est nervina, anticolica & antihysterica, additur et jam cum commodo clysmatibus anticolicis & antihystericis. Splendor laudum eius non obscurata fuisset, nitemide nimis fuisset propinata. Exhiberi enim debet ad drachmam & ultra.

ESSENTIA POPULI.

Rc. oculorum Populi arboris recent. lb. sem.

Spirit. Vin. Rectificatiss. sesquilibram.

Digere per sex dies, exprimantur,
& filtretur essentia, in qua dissolvatur

Extr. flor. Hyper. Resin. Uncia.

Dige-

Digere ad plenariam solutionem & ad dimidias abstracta filtretur.

Obs. Optima quæ censetur vis balsamica *Hyperici* in resinoso hæret, constat quidem principio resin. gummos. & terreo; optimum vero ejus præparatum est *Extr. spirituosum*. Ex flor. uncia accepit celeb. *Neumann*. Extr. spirituos. unc. sem. Aquos. drachm. duas, Remanentie drachmas duas. Salis vero & olei nullum vidit indicium.

U S U S.

Externe ut vulnerarium optimum, in vulneribus humidioribus.

Interne, ut Balsamicum.

Dof. Gt. XXX.

ESSENTIA PAREIRÆ BRAVÆ.

Rc. Rad. Pareir. Brav. Unc. Tres.

Spirit. vin. Rectificat. Unc. quindec.

Post 6 dierum digestionem exprimantur, expressum aliis super affundatur

Rad. Pareir. Brav. Unc. duab.

atque post 6 dierum digestionem exprimantur & filtrantur.

Dof. gt. XXX. ad LX.

Obs. Constat radix partibus gummosis, resinosis & terreis; Oleum still. non dat. Parari potest menstruo aquoso & spirituoso, hoc vero præstat, dum vim specificam optimam extrahit: celeb. *Neum.* uncia Radicis continet terræ Unc. Sem.

U S U S.

Diuretica est, & in urinæ suppressione ac hydrope effectum ejus bonum esse constat. Forte etjam adhiberi potest in ictero & asthmate humorali; In infuso certe, & decocto heic mira præstat.

ESSENTIA AMBRÆ.

Rc. Ambræ Grif.

Sal. Tart. ana Drach. duas.

D

Trif.

Triturentur in mortario mixta, innmittantur in cucurbitam vitream, affundantur

Spir. vin. Rectificatiss. unc. quinque.

digerantur per biduum, tandem semel lenissime ebulliant. Essentia filtretur & servetur.

Addi potest pro arbitrio præscribentis ex tempore olei still. cinam. gt. ad gratiam & virtutem augendam.

Obs. Hoffm. sumit spirit. Ros. super alcali rectificatum. Schulze commendat spirit. a TR. antim. acri abstractum.

Cum omnibus succedere ostendit Neum. & unica differentia in his est, quod spiritus rosarum singulariter ageat odorem, sed conf. Reg. 7. sal alcali essentiam magis colore saturatam reddat, licet solutio fine eo æque fiat completa; hinc & ut evitetur protracta ebullitio addi solet: lege de his celeb. Neum. Nobis arridet, ubi his opus, formula Electuarii. E. G.

Rc. Cinam. opt. scrup. un.

Sachar. alb. scrup. sem.

Extr. croc. essent. gt. XX.

ambr. gris. gr. ij.

olei stillat. cinnamom. gt. j.

Syrup. cinam. vel bals. q. s.

M. Dr.

hac formula vis non adeo cito perit. Ita in plantis oleo stillat. tenaciter adhæret spirit. rector.

U S U S.

Stimulat, excitat, movet, reficit, roborat, calefacit & attenuat. Ergo prodest in lethargo, catarrhis, in colica pictonum, ad longævitatem, ad venerem excitandam, juvat memoriam, visum. Utilis est in apoplexia, vertigine, palpitatione cordis, vomitu, diarrhæa, gonorrhæa habituali. Præservat a peste. Senum est medicina. Plethoraicis, hypochondriacis, hysterics non detur.

Summa-

Sumatur ex vino dulci.
Dos. gt. XV. XX ad XXX.

ESSENTIA CROCI C. VINO.

Re. croci opt. integr. non siccatur. unciam. contunde
in mortario cum vino canariensi q. s. ut fiat pulicula.

Huic affunde vini ejusdem uncias sex.

Digere vase opt. clauso per 4 dies, decanta, colla
& exprime.

Dos. a gt X ad LX. Usum vide sub titulo sequ.

In pulverem redigi debet crocus in mortario calido,
non exsiccari. libra croci dat olei essent. sesquisdrach. cu-
jus unica gutta linguae admota sentitur per 30 horas. Est
sine dubio magnum remedium cardiacum, antispasmodi-
cum & in linguae paralyssi excellens. vid. Neum.

ESSENTIA CROCI C. SPIRITU VINI

Quam Extr. Essentialis dicit Boerh.

Rc. croc. opt. uncias duas.

Immitte in phialam vitream longo & angusto col-
lo instructam.

Affunde alcoholis puriss. tantum, ut emineat ad 4 digitos.

Obturato leniter cum papyraceo, collo, lenissimo
100 graduum calore digerantur per triduum, saepe con-
cutiendo. Refrigerata colantur. Colatura servetur.

Residuo affunde tantundem alcoholis, tracta co-
dem modo.

Colaturae mixtæ ex alba cucurbita vitrea destillent
leniss. 100 grad. adhibito calore usque dum uncia in fun-
do cucurbitæ superficit. Frigida haec probe servetur titu-
lo praescripto.

Dos. gt III ad X.

Obs. Est odoris fragrantissimi, saporis amari, aro-
matici, penetrantissimi, spissitudinis olei liquidi, coloris
ruberrimi. Spiritus destillando collecti serventur ad no-
vi extracti Essent. præparationem. Duæ unciae croci c.

sem. in B. M. exsiccatæ dederunt in vase excipiente li-
quoris cuiusdam odorati unciam sem., qui sine dubio
quinta est essentia croci & volatile id, quod exsiccatio-
ne avolat; quod vero lætificans sit crocus patet: vitro
enim, in quo nuper essentia croci fuit, naribus tenerri-
morum infantum admoto, statim risus suboritur. Cro-
eo cum semine papaveris albi temporibus admoto in vi-
ro 37 annorum, ut somnus illi conciliaretur, is tanta,
non describenda lætitia perfundebatur, ut metus esset de-
mentiae. Remoto & cum vino absterfo pulvere, cessa-
vit illa mira lætitia.

Residui unc. dedit extr. spirit. drach. quinque c. scrup.
- - - - Altera uncia - - aquof Drach. sex. Extr. spi-
rit. solvi potest digerendo in aqua. - - - Aquof. diffici-
le admod. in spir. vin. conf. Neuman. & Schultze.

Qv. An liquor ex croco in B. M. siccando collectus,
addi possit essentiis ex residuo parandis cum innoxio vi-
rium incremento? vel an ille narcoticus sit, aut cum no-
xa lætificans?

U S U S.

I:o Vires celerrime diffundit per corpus & adhibe-
tur in tristitia nimia.

II:o In debilibus, senis in primis.

3:o in malo hysterico.

4:to ad cavendum calculum. Not. Iotium tingit co-
lore rubro.

5:to ad pellenda lochia, menses, hæmorrhoides.

6:to in doloribus.

7:mo in agrypnia.

8:vo in morbis spasmodicis.

9:nō & paralyticis.

10:mo in tussi.

11:mo ad partum promovendum, dum deficit vires.

Hæc essentia misceri potest aquæ, spiritui, oleo.
Sumitur ex vino dulci, oleoso, pingui.

ESSEN-

ESSENTIA STOMACHIC. POLYCHRESTA.

Rc. Piperis nigr. drach. quatuordecim.

Cardamom. min. drach. decem.

tritis affunde

liquor. terr. fol. tart. spirit.

spirit. fal. ammoniac. vinos. ana Lb. sem.

Digere leni calore per quatuor dies. Express & filtra.

Dos. gt. XXX ad L.

Obs. Dr. Gundelsheimer heic sumit omnes species Piperis, quæ in officinis habentur, nos vero non nisi piper nigrum, quod ex omnibus est maxime efficax. Album idem est cum nigro decorticato s. artem. Piper constat 1:o partibus oleofis. 2:o resinofis. 3:o gummosis. 4:o terreis. In oleofis latet quod odorem spargit, nihil vero de sapore subacri. libr. dat olei essential. drach. duas c. sem. Destillatur cum aqua & vino. Sapor subacris mordicans hæret in principio resinofo; Lbj. dat resinof. extr. uncias duas c. drach. binis. Hinc ex pipere essentia potest parari c. spir. vin. item c. vino.

Aliquot drachmæ Zinziberis possent quoque addi.

U S U S.

Viscidum potentissime solvit & convenit cachecticis, hydropicis, phlegmaticis; prodest etiam in tussi stomachali Cholerici, plethorici ab ejus usu sibi caveant.

ESSENTIA CASCARILLÆ ESSENTIFICATA.

Rc. cort. Cascarill. concis. sesquiunciam.

vin. alb. gallic. unc. sex.

digere per 4 dies & colla.

In colat. solve

Extr. cascarill. vinos. drach. sex.

ol. still. casc. drach. sem.

Sacch. canth. unc. sem. M.

U S U S.

Prodest 1:o in debilitate ventriculi & intestinorum.

2:o in

2:o in spasmoidicis partium stricturis.

3:o in debilitate pulmonum post diuturnam tussin.

4:to in cephalalgia. Vid. Bœhmeri diss. de cascarilla.

ELIX. PROPRIET. C. ACIDO. BOERHAV.

Rc. Myrrh. aloes. croci ana unciam. tritis affunde acet. vin. alb. Lb. quatuor, immittantur cucurbitæ vitreæ, ebulliant lenissimo igne p. 2. hor. frigefacta requiescant, ut fæces subsideant, liquorem clarum decanta, residuo affunde novi aceti Lb. duas, ebulliant iterum ut prius; frigescant, quiescant, effundatur clarum & cum priori extractione per telam raram coletur. Tincturas mixtas leni igne ex cucurbita vitrea destilla, ut decem unciæ restent, quibus adde spirit. vini rectificatissimi uncias decem, digerantur, filtrentur, serventur.

USU S.

Extrinsecus ulcera putrida, saniosa, fœtida, sinuosa, fistulosa, virulenta, emendat, depurat, a corruptione defendit, vere balsamica virtute imbuit, conservat. Labiorum, gingivarum, linguæ, palati, faucium, gangrænas & ulcera sanat.

Interne eadem præstat in primis viis, quoties putredo, bilis fœtida, concreta pituita, lumbrici, & infiniti, de quatuor his causis oriundi, morbi ibidem dominantur. In sanguine & visceribus eadem fere præstat. Sumitur mane vacuo ventriculo, post ultimum pastum ad minimum duodecim horas. Datur una vice a drachma semis ad duas tresve ex mulsa, hydromelle, aut vino molli, dulci, superambulando, aut abdomen molliter perfricando postea. Si majori sumitur dosi cum regimine paulo frigidiore, purgat semper per alvum. Si partitis hauritur, minoribusque dosibus, urinæ spissæ secretione sanguinem repurgat, plerumque ambo successive peragens. At largiori assumtu, decumbenti in lecto, stragulis

gulis bene operto, sudoriferi generosi officio strenue fungitur ita, ut vix alteri cedat, tum postea & alvum plerumque ciet, & urinam, omni modo utile. In putrido scorbuto, intermittentibus febribus, ictero & cachexia mirificas ejus virtutes laeti vidimus. conf. Boerh. Chem. T. II. Proc. LXXXI.

ELIX. PROPRIET. S. ACIDO BOERH.

Rc. Aloes, Myrrhæ, croci unciam. Trita immittantur cucurbitæ vitreæ, affundatur liquor paratus ex tartari tartarisati Unciis tribus in Aquæ fontanæ Unciis sex solutis. Digerantur per triduum in balneo arenæ & speciebus integre solutis superaffundantur spirit. vin. rectificatiss. Lb. binæ, de novo digerantur eo calore, ut ad finem ebulliant. Frigescant & postquam per quietem spissum subsederit, clarum effundatur, novaque spiritus vini libra superflua digestio continuetur: separatur dehinc clarum & repetatur, donec omnia fere soluta sint, omnes liquores filtrantur per bibulam, & spiritus superflui eo usque per destillationem evocentur, donec viginti unciae restent, quæ serventur pro elixirio.

Obs. An præstet liquor ex cineribus clavellatis cum quindecuplo acerrimi aceti, miscendo, colando, inspissando paratus? Boerh. ch. T. II. p. 235. Prostare etiam debet *Elixirium* hoc cum *liqu. Arcani tartari spirit.* paratum, sed pretiosum est & pauperum crumenæ superius medicamentum.

U S U S.

Agit in primis viis abstergendo, pituitam solvendo, tonum roborando, digestionem juvando, inertiam bilis corrigendo, vermes expellendo, alvum ducendo.

2:o In *sanguine* leniter stimulando, sanguinem movendo, calefaciendo, secretiones promovendo, spissa & tenacia fundendo. Insuper putredini resistit & acidum impedit. Ergo commendatur in muciditate primarum viarum,

viarum, cruditate acido viscida, digestione debili, inertia bilis, ictero chronicō, vermibus, febribus intermittentibus, obstructionibus viscerum chronicis, suppressione mensium, hæmorrhoidum, lochiorum, in cachexia, œdeme pedum, asthmate pituitoso, scorbuto, doloribus arthriticis & rheumaticis frigidis, fluore albo.

Dos. ferup. un. ad drach. sem.

ELIXIR. VISCERALE DR. ROSÉN.

Rc. Cortic. Aurant. ab omni albedine mundat. unc. sem.

Rad. Rhei opt. comminut. scrup. Sedecim.

Terræ fol. Tartari Unciam.

Vini albi Gallici Uncias septem.

diger. lenissimo calore per quatuor dies. In colatura dissolve

Extracti centauri minor. vinos. Unc. Sem.

- - - Cort. Cascarill. vinos. Drach. duas.

Olei stillat. Flor. chamomill. V.

Millefol. ana gt. X.

M.

Obs. Nobile admodum est remedium & multiplici experientia comprobatum. Ex natura ingredientium, menstruo ac modo quo paratur, quivis facile de virtutibus ejus judicabit. *Corticum Aurantiorum* præcipua vis latet in still. oleo, quod carminativum est & stomachale. *Rhei* vero radix laxans est mitissimum. Post alvum vero motam intestina roboret. Bilem præterea abstergit & naturalis defectum supplet. Hinc masticata in ictero valet, stricta alvo, in dispositione ad colicos dolores, in cruditatibus ventriculi, intestinorum, in Diarrhæa, lienteria, dysenteria ac contra vermes. Urinam etiam lenissime pellit. *Foliata Tartari terra* uti optimum est menstruum, ita etiam sapo est mitissimus juxta & penetrantissimus, quo quidem præstantius vix datur incidens, abstergens, aperitivum, viscida attenuans & colliquans remedium.

dium. Accedit, quod prompte alvum ducat, urinæ vias expedit, viscerum infarctus, ac, fere dixerim, indurations sanet, strumasque digerat. *Extractum Centauri minoris* vinorum efficax est, tuta & continuato usui apta medicina, dum amaris stomachicis, bilis succedaneis, aperitivis, anticachecticis, menses ac hæmorrhoides promoventibus opus est. *Extractum Cascarillæ* vinorum uti stricturas partium firmarum blande demulcet, ita etiam tonum viscerum relaxatum instaurat. *Oleorum vero stillatitiorum Chamomillæ ac millefolii* notissima est commendatio ad spasticos ac dolorificos affectus hypochondriacorum in primis ac hysteriarum.

Loco arcani tartari parari etiam potest cum *tartaro tartarisato*, quo pauperibus etiam esse possit solatio nobilis medicina.

V I R E S.

- 1:0 Abundantem in primis viis mucum incidit, arte-nuat, abstergit.
- 2:0 Ventriculum & intestina roborat.
- 3:0 Bilis defectum supplet.
- 4:0 Ejus tenacitatem solvit.
- 5:0 Liquidi intestinalis secretionem promovet, atque induratas fæces emollit.
- 6:0 Vermes expellit illorumque generationem impedit.
- 7:0 Spasmos sedat.
- 8:0 Flatus discutit.
- 9:0 Acidi generationi est impedimento.
- 10:0 Lacteorum vasorum & glandularum meseraicarum obstructiones solvit.
- 11:0 Viscidi in pulmonibus generationi obicem ponit.
- 12:0 Sanguinis circuitum leni stimulo auget, ejusque secretiones hoc modo & vi sua saponacea promovet.
- 13:0 Viscera roborat & illorum obstructions tollit.
- 14:0 Urinæ vias apertas servat, calculique generationem impedit.

E

Ergo

Ergo valet in adpetitu dejecto, & inde orta debilitate;
 In vomitu viscidi ; in cardialgia ; flatulentia ; colica ; alvo
 tarda ; vermibus ; ictero chronicō ; vertigine, hæmicrania,
 symptomaticis ; asthmate pituitolo ; flatulento hypochondriacorum ; ad avertendam pituitosam apoplexiām ; in ha-
 bitu corporis pallido, tumido ; œdemeate ; hydrope ; in
 podagra retenta ; in difficultate mensium, hæmorrhoi-
 dum ac urinæ &c.

Dos. à gt. XXX. ad LXXX.

Commode cum aliis medicinis potest combinari: E.
 g. In tard. nimis alvo cum Tinctura Rhei aut cum liquo-
 re Terræ fol. tartari , vel cum liquore tartari splenitico ;
 In difficultate mensium , cum Essentia croci aut cum Elix.
 propr. Boerh. ; In Hydrope cum Essentia Pareiræ bravæ ,
 & sic porro.

ELIXIR. POLYCHRESTUM. Edinb.

Rc. Gumm. Gvajaci sesquiunciam.

Balsam. Peruvian. Sesquidrach.

Spirit. vini Rectificatiss. Lbj.

digere in B. A. p. quatriduum

& Tinct. colatæ adde

olei still. sassafr. Drach. j.

M. Dos. X ad XL gt.

U S U S.

Adhibetur ut Balsamicum.

ELIX. STOMACHICUM.

Rc. Rad. galang.

Cort. ext. aurant. rec. ana Uncias duas.

Cochinill. Drach. sem.

incis. & contus. affunde

vin. alb. Gallic. Lb. duas.

Digere per sextiduum & colla.

Dos. gt. L. ad C. ex vino, -

aqua

aqua menthæ vel cinamomi.

Hujus Lbj. si addimus
Spirit. vitriol. Unciam, habemus
Elix. stomach. c. acido.

FORMULÆ EXTEMPORANEÆ.

TINCTURA APERITIVA.

Rc. Tinct. Rhei simpl.

Liqv. terræ fol. tartari aquos.
ana Unciam sem.

M. Dos. 30. ad 90 gt.

U S U S.

Eiusdem fere est virtutis c. seqv. & propinatur illis, quibus partes solidæ non adeo sunt laxæ, sed magis sensiles; alvum infantum, strictam nimis, referat, continuato usu. Hystericis & Hypochondriacis in alvo nimis tarda, dum alia non ferunt laxantia, commendatur. Ictero etiam medetur, qui cum calore quodam urget.

In hac solvi potest extr. Aloës & Hellebori nigri, dum hæmorrhoidum promotionem intendimus. In statu vero magis cachectico, solvuntur hæc extr. in Tinct. Viscer. addi etiam tum potest extr. Myrrhæ vinos.

TINCTURA VISCELALIS.

Rc. Tinct. Antim. Tartaris.

Liqu. terræ fol. tartari spirituof. ana Unciam sem.

M. Dos. 30. ad 60 gt. ter, quaterve per diem.

U S U S.

In obstruktionibus viscerum, infarctu vel stagnatione viscidi cujusdam in renibus, cum laxitate partium solidarum. In atrophia infantum orta ab obstructis glandulis meseraicis. Mucum enim vi saponacea abstergit, & solida leni stimulo ad vegetiores contractiones excitat. Hinc Icterum chronicum sanat, Menses movet, asthmatis mucoso medetur. Hydropis sanationem juvat. Exantlata apoplexia pituitosa cum usu adhibetur. In Rheumatismo frigido sine febre etiam prodest. Effec-

ESSENTIA CASCARILLÆ EXTEMPORANEA.

Rc. Sacchar. canth. Unc. sem.

Ol. Stillat. Casc. Drach. sem.

Tritis & mixtis adde

Extr. Cascarill. vino. Drach. sex. ac affunde
Vini albi Gall. Uncias sex.

Solutio Dr. Dos. Drachma j ad Tres.

Ad hujus normam, observatis observandis, parari possunt

ESSENTIÆ EXTEMPORANÆ.

v. gr. Cinam. Menth. & aliæ plures.

De *Essentiis Essentificatis* nihil addimus, parari enim possunt, quæ necessariæ judicantur, ad normam *Essent. anisi Essentificatæ &c.*

De Tribus seqv. Eff. dubii sumus, an rejici debeat vel retineri; virtutes interim, fide auctorum nisi, addimus.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA TEMPERATA STAHL.

U S U S.

Sudorem & urinam pellit, in febribus quibuscumque ex usu est, post quoslibet paroxysmos & dum debilis nimis pulsus intendi debet.

Dos. gt. XL. ad LX.

ESSENTIA SCORDII.

Obf. In spiritu vini Rectificatissimo extrahitur omne virescens plantæ, in quo omne virtuosum ut & nauseosum scordii latet; celeb. Neum. Aqua scordii destillata paucissimas partes oleofas vix odore perceptibiles continet; hinc vix valet. Potissima vis latet in resino, quod optime spiritu vin. Rectificatiss. extrahitur; hinc essentiam cum eo parari suadet celeb. Neum.

U S U S.

Diuretica & Alexipharmaca est. Utilis in febribus intermittentibus tempore apyrexias, & contra vermes. Dos. gt. XL. ad LX.

ESSEN-

ESSENT. PIMPENELLÆ ALBÆ.

Obs. Stahlius suam *creataram* apellat. Extractiones aquosæ parum valent, nec ex hac parari potest aqua destillata, aut spiritus, parum tamen olei stillatitii fundit. Potissima virtus si quæ sit, residet in refino, & paucissimo oleo essentiali, quæ ambo obtinentur spirit. Vin. rectificat. in essentia. De Pimpella idem valet ac de radice Ari, quod nimis nec regens esse debeat, nec nimis antiqua; vix æqualem vel constantem ejus virtutem invenies; Hinc nec justam dosin determinabis; quare potius relinquitur.

U S U S.

Resolvit, discutit, sudores & urinam movet. Prod est in infarctu viscerum, in impuritatibus lymphæ, intussu hypochondriaca & sine vehiculo deglutita in angina pituitosa & principio inflammatoriæ.

Dos. gt. XX. ad L.

Hicce vero nos præferimus *Spiritum Ammoniacalem Aperitivum*, qui sic paratur.

Sali Alcalino volatili, purissimo, salis ammoniaci vel spiritui ejusdem affunde per vices spiritum aceti fortissimum, purissimumque concute, permisce accurate, donec nulla amplius effervescentia exoriatur, calefac tum omnia, iterumque aliquid admisce salis, aut spiritus, si neque tum quidquam ebullitionis observatur, saturatio jam peracta erit. Habebiturque liquor, si rite peregeris, ex alcali & acido volatilibus concretus, salsus. Qui non facile in solidum salem redigi patiens, exhibit penetrantissimum medicamen. Obs. Qui ex spiritu urinoso & crystallis tartari paratur, concrevit in sal crystallinum subamarum, salsum, facile solubile, non inelegans antihypochondriacum, quod mediocri calore destillatur in liquorem subtiliter ammoniacalem, huic fere similem. conf. Dn. Pott. in exercit. chym. p. 127.

USUS.

U S U S.

Liquor hic non modo omnium est penetrantissimus, qui corpori humano adhibentur, sed absque erosione ulla virtutem suam exercet, simulque facultate antiseptica, salina, putrefactioni humorum pulcherrime resistit: quare forte aliud præstantius aperiens, attenuans, diaphoreticum, sudoriferum, vix impetratur.

Extrinsecus autem appositus fomenti admodum sumum est discutiens, & resolvens. Maxime omnium oculiariorum morborum, ubi in cornea opaci quid subnascitur, aut in humore aqueo, si fomenti forma rite applicetur. Forte saluum compositorum, neutrorum, hic omnium erit subtilissimus, non inepte *ammoniacus* dicens. Conf. Boerh. chem. T. II. pr. 102.

Porro dubii sumus de

ESSENTIA MILLEFOLII.

Obs. Ut possimus millefolio in infuso. Habemus ejus aquam & oleum stillat., ac extracta tam resinosa quam gummosa, quæ pro re nata jungi possunt extempore; Prodesse dicitur ut Tonicum, sedativum & hæmorrhagias fistens.

U S U S ESSENTIE.

Commendatur a *Stablio* ad motus hæmorrhoidales moderandos, ad nimium fluxum mensium, nephriticorum vomitus & morbos reliquorum viscerum cum vena portæ connexorum. Cum essentia croci mixta dolores & tormenta, quibus menstruatæ vexantur, mitigat.

Dos. Gt. L. ad LX.

ESSENTIA CHAMOM. v. e *Calycibus vel potius receptaculo.*

U S U S.

In morbis Cardialgicis, colicis & spasmodicis.

Obs. Dubitamus de hujus necessitate, cum virtutem ejus specificam in aliis præparatis magis concentratam habeamus; Nam lb. un. *Chamom. Rom.* non dat nisi drach. sem.

sem. olei stillat. Chamom. V. vero tantum scrupulum; Jam præcipua & specifica vis latet in oleo stillat. solo; Vides ergo quantum virtutis medicatæ habebis in unciis aliquot Essentiæ. Hinc essentiæ loco præstat sumere, pro re nata E. g.

Rc. olei stillat. fl. chamom. V. Drach. sem.

Sacchar. cant. Unc. sem. trit. misc. c.

Extr. fl. Chamom. v. Drach. Sex.

Solv. in Aquæ ejusdem qvater cohobatæ Unc. Sex.

Dr. cochlear j pro dosi.

ESSENTIA CARDAMOM.

U S U S.

Est carminativa, stomachica & roborans. Infantibus propinari potest in flatulentia ex aqua Cinamom. vel Meliss. a gt. X. ad XXX.

Obs. Vix necessaria est, cum profstet oleum essentiale. Uncia dat olei stillat. scrup. in hoc oleo præcipua virtus medicata latet. Præterea ex tempore præparari potest sal volatile oleof. cardamomi, recipiendo spirit. salis Ammoniaci vinof. Unciam, olei stillat. Cardamom. scrupulum.

M.

ESSENTIA CORTICIS PERUVIANI.

Obs. Præstat corticis hujus adhibere pulverem vel extractum rite paratum. In forma pulveris aut c. aqua quadam aromatica & syrupo grato, aut clysmatis in modum, miscendo pulver. cort. c. lacte aut alio liquido; dum retineri non potest addimus diacordii parum.

ESSENTIA CENTAURI MINORIS.

Dos. gt. XL ad LXX.

U S U S.

Stomachica est & anthelmintica, in febribus intermitentibus prodest, ac in obstructione vilcerum, hepatis, uteri, Mesenterii. Ex usu etiam est in hydrope, cachexia,

xia, chlorosi, ac mensium defectu. Ad drachmas duas exhibita alvum ducere dicunt.

Obs. Præcipua vis est in principio resinofo, vix aliquid valet gummosum; in decoctis vinofis etiam adhiberi potest. Ejus aqua & spiritus nihil valent. Ex summittibus siccatis parata essentia est atrorubens, ex recentibus vero saturate viridis, & tum illam alvum ducere ait celeb. Dn. Schulze. Parari etiam potest c. vino, & dum in Essentiæ Uncia solvitur Extr. drachma dicitur

ESSENTIA CENT. MINOR ESSENTIFICATA.

Sed anne sufficiat ejus habere extractum resinosum; idque in liquore terræ fol. tartari solvere cum opus fuerit; vel vinosum, idque extempore in vino dissolvere?

ELIXIR SALUTIS.

U S U S.


Illis qui flatibus, alvi & urinæ tarditate laborant commendatur

Dos. cochlear.

Obs. Sed minus necessarium videtur hoc Elixirium; tarda quippe alvus Elixirio viscerali aliisque præstantioribus remediis officii memor redditur. Urina vero suppressa, flatusque retenti, dum ejusmodi calida offerri debent, felicius Clareto dicto Rossolis *des six graines*, pelluntur. Claretum modo nominatum sic paratur: Rc. Semin. Anisi, fœniculi, anethi, coriandri, carvi, dauci, ana unciam. Contusa macerentur ad solem in vase vitreo clauso per tres hebdomas c. spiritus vini libr. trib. F. Colat. cui adde syrapi parati ex facchari albissimi libra. c. f. q. aquæ chamomill. vel menthæ crispæ.

Dos. cochlear unum vel alterum.

FINIS.



Höglärde Herr LICENTIAAT,

Wän och Gynnare.

OM Naturens drift oss jemt til dygdena leder,
Och thes systemål är förstånd och vishet at åga,
År thet viſt förebåd til Lyckans önskliga medgång;
Nu, när möda med hog ett hogadt finne förenar,
Täck, huru merkliga stiger en upp til förmon och åra.
Men hvad gör blott flit? hvad hielper mödsam åtanka,
Når Naturens lofliga fölgd af oböiliga kynnet
Hindras, at hielpa sig upp til mognad i vetskaper ådla?
Så, när Tu, min Wän, Titt snilles gäfvor upöfvat,
Wakat i stadigan id, vel åtåkt then komman'e tiden,
Når Tu visat al hug, Tig lyckan ha fattat om armar.
Man nu fått har i Tig en Man förfaren å vitter;
Män, som nogare lärdat Naturens hemliga vårkan,
Gordt theri mårkliga prof, väl sökt at veta thes under;
Arbet i sakena drygt; på slutet Wetskapen ådlar.
Wäl, Min Wän: utom alt ock thetta Tit Arbete lärda
Vitnar, thet Tu vårdiger är få båra then Heder,
Som Tig snara bereda ju skal Tin Ledare våerde.
Lyckan följe Tig åt, Tin Vålgång öke sig altid,
Och Titt Lof, Titt vårda Beröm sig strække så vida,
Som för Tig rått kårek ha stigit ibland Tina vänner!

Höglärde Herr LICENTIATENS

Ödmjuket tienare

MITRA M. PETER FOUGT. NILS PETER FOUGT.

Til Herr AUCTOREN.

Blest nu min sår af wördnad røres /
När mytt af wärde höres här.
Blest nu min swaga Clio föres /
At wisa hwad i hiertat år;
När Den sitt Werk i liuset ger,
Hwars welgång jag fast gerna ser.

Herr LICENTIAT, Er werfda heder
I medicin, Ert mogna wett/
Som nu til Helicon Er leder,
Och witter frågd har hittils gedt/
Ar det jaq härméd mena wil
At ödmjukt önska lycka til.

Snart lön, för öfrigt, lär få höras
På flit, på arbete, wert och dygd;
Sen får man se Er åra föras
Kring wida Æsculapî bygd.
Hwem är af samma sällskap då,
Som ej lär frögd och nöje få?